

Dag Do,

Jouw [Pilam Manualem](#), [Pedivam](#), & [Bacularem](#): & [ad Canibucam & Gallorum Pugnam](#) moet je in eerste instantie herschrijven als [Pilam Manualem](#), [Pilam Pedivam](#), & [Pilam Baculare](#): & [ad Canibucam Pugnam & Gallorum Pugnam](#). De woord(groep)en staan alle in de accusativus. Voor een goed begrip zet ik ze in de nominativus:

**Pila manualis** (*pila* = bal, bol; *manualis* (afgeleid van *manus*, *manus* - hand) = ‘met de hand gegrepen’, ‘met de hand geworpen’, ‘de hand vullend’). Mijn vertaling: **handbal**.

**Pila pediva** (*pediva*, *pedivus*, *pedivum* = bestaan niet in het klassieke Latijn, maar betekenden in de middeleeuwen waarschijnlijk ‘met de voet bewogen’, ‘door de voet bewogen’, e.d. (afgeleid van *pes*, *pedis* - voet). Mijn vertaling: **voetbal**.

**Pila bacularis** (*bacularis* = bestaat niet in het klassieke Latijn. Naar analogie van *manualis* ziet het eruit als een adjectief dat afgeleid is van *baculum* = stok, staf, herdersstaf, staf van een augur [hieruit is de bisschopsstaf, in het bijzonder die van Sint Nicolaas, ontstaan]). Mijn vertaling: **stokbal**.

**Pugna Canibuca** (*Pugna* = gevecht/strijd; *Canibuca* bestaat niet in het klassieke Latijn. Twee Latijnse woorden zijn erin te herkennen: *canis*, *canis* en *bucca*, *buccae*, ofwel 1. hond en 2. ‘opgeblazen of volgestopte wang’; kaak; bek, mond; ‘een mondvul’, hap). Mijn vertaling: **hondengevecht**.

**Pugna Gallorum** (Gevecht van Hanen). Vertaling: **hanengevecht**.

De tekst is uit een brief van 1 of 12 juni 1365 AD van koning Edwardus III aan zijn *vicecomitibus* in Londen met als onderwerp *De Proclamatione, super Arte Sagittandi exercenda*, en gaat dus over hoe de kunst van het boogschieten (niet) beoefend dient te worden. Die kunst, aldus de koning aan zijn vertegenwoordigers in Londen, is al voor zijn bewind in onbruik geraakt en verdrongen door onedele bezigheden. Dat baart hem uiteraard zorgen. Je moet zijn verontrusting namelijk zien in het kader van zijn vrees voor – mijn interpretatie – de teloorgang van ’s lands militaire capaciteiten. De voormalige boogschutters houden zich nu voornamelijk nog maar bezig met onedele en ineffectieve **vormen van vechten** – waaruit onze teamsporten zijn ontstaan! Hij noemt dan handbal, voetbal, stokbal {mijn term voor de voorloper(s) van kolfbal, golf, maliespel, hockey, kaatsbal, kastie, cricket, honkbal, enzovoort}, én – let wel – honden- en hanen**gevechten**. Genoemde balspelen moet je dus mijns inziens opvatten als een soort gevechten/vechtsport – wat het in zekere zin, vooral bij voetbal, nog steeds is. Wie zei er ook al weer “Voetbal is oorlog”?

De voor jou relevante passage van de proclamatie luidt in zijn geheel:

*Ac jam, dicta Arte quasi totaliter dismissa (est), idem Populus ad Jactus Lapidum, Lignorum, & Ferri : & quidam ad Pilam Manualem, Pedivam, & Bacularem : & ad Canibucam & Galorum Pugnam; quidam etiam ad alios Ludos, inhonestos & minus utiles aut valentes, se indulgent ....*

De zin wordt begrijpelijker als je onderwerp en werkwoordsvorm bij elkaar zet: *idem Populus (...)* se *indulgent* = hetzelfde volk geeft zich over aan/zwelgt in (...). Dat *idem Populus* verwijst naar het begin van de brief, waar staat *Populus Regni nostri, tam Nobiles, quam Ignobiles* = het Volk van ons Koninkrijk, zowel Edelen als Lieden van Lage Afkomst.

Mijn vertaling:

**Maar nu is voornoemde Kunst geheel opgegeven, datzelfde Volk zwelgt in het Gooien met Stenen, stukken Hout & IJzer; sommigen geven zich over aan HandBal, VoetBal en StokBal en aan HondenGevechten en HanenGevechten; anderen zelfs aan andere, schandelijke/oneerbare en allerminst bruikbare of krachtige/gezonde Spelen ...**

Aan het einde van de proclamatie worden al deze *Ludos Inhonestos* verboden op straffe van opsluiting in het gevang: *sub Poena Imprisonamenti*.

De koning schrijft onderaan: *Per ipsum Regem* – Door de Koning zelf.

In een soort postscriptum wordt opgedragen de bevelen van deze proclamatie door te sturen naar alle *vicecomitibus* van *Anglia* – Engeland.

Salutem,

Tommie

*Pro Rege Faucon, heraldo de armis.*

A. D. 1363.—An. 37 Edw. III.

Liberat. 37 Ed. III. m. 9.  
in Turr. Lond.**R**EX, thesaurario et camerariis suis, salutem. Mandamus vobis quod, dilecto nobis, ... Regi Faucon, heraldo de armis, decem marcas de thesauro nostro liberetis, habendas de dono nostro.

Teste Rege, apud Westm', xiv. die Junii.

Per ipsum Regem.

*De arte sagittandi utendâ, et ludis inutilibus et inhonestis prohibendis.*A. D. 1363.  
An. 37 Edw. III.Claus. 37 Ed. III.  
m. 25. d.  
in Turr. Lond.**R**EX, vicecomiti Kantie salutem. Quia populus regni nostri, tam nobiles, quam ignobiles, in jocos suis, artem sagittandi, ante hæc tempora, communiter excercebant, undè toti regno nostro honorem et commodum, nobis, in actibus nostris guerrinis, DEI adjutorio cooperante, subventionem non modicam dinoscitur provenisse; et jam, dictâ arte quasi totaliter dimissâ, idem populus ad jactus lapidum, lignorum, et ferri: et quidam ad pilam manulem, pedivam, et bacularem: et ad canibucam et gallorum pugnam; quidam etiam ad alios ludos inhonestos, et minus utiles, aut valentes, se indulgent: per quod dictum regnum de sagittariis, infra breve, deveniet verisimiliter, quod absit, destitutum.

Nos, volentes super hoc remedium apponi opportunum, tibi præcipi-

mus quod in locis, in comitatu tuo, tam infra libertates, quam extra, ubi expedire videris, publicè facias proclamari, quod quilibet ejusdem comitatûs, in corpore potens, diebus festis, cum vacaverit, arcubus et sagittis, vel pilettis aut boltis, in jocos suis, utatur, artemque sagittandi discat et excerceat: omnibus et singulis, ex parte nostrâ inhibens nê, ad hujusmodi jactus lapidum, lignorum, ferri; pilam manulem, pedivam, vel bacularem; aut canibucam vel gallorum pugnam, aut alios ludos vanos hujusmodi, qui valere non poterunt, sub pœnâ imprisonment, aequaliter intendant, aut se indè intromittant.

Teste Rege, apud Westm', primo die Junii.

Per ipsum Regem.

*Consimilia breviter diriguntur singulis vicecomitibus per Angliam.**De pictoribus, pro operationibus in capellâ Sancti Stephani, capiendis.*A. D. 1363.  
An. 37 Edw. III.Pat. 37 Edw. III.  
p. 1. m. 10.  
in Turr. Lond.**R**EX, universis et singulis vicecomitibus, &c. salutem. Sciatis quod assignavimus, dilectum nobis, Willielmum de Walsyngham ad tot pictores, in civitate nostrâ Londoniæ, quot pro operationibus nostris in capellâ Sancti Stephani, infra palatium nostrum Westmonasteriense, sufficere poterunt, feodo ecclesiæ excepto, capiendum, et usque ad palatium nostrum prædictum ducendum, in eisdem operationibus nostris ad vadia nostra, quamdiu opus fuerit, moraturos;

Et ad omnes illos, quos in hac parte contrarios invenerit vel rebelles,

arstandum, et prisonis nostris mancipandum, in eisdem moraturos, quousque de eorum punitione aliter duxerimus ordinandum;

Et ideò vobis mandamus quod eidem Willielmo, in præmissis omnibus et singulis faciendis et exequendis, intendentes sitis, consulentes, et auxiliantes, quotiens et prout per ipsum Willielmum super hoc, ex parte nostrâ, fueritis præmuniti.

In cujus, &amp;c.

Teste Rege, apud Westm', iv. die Junii.

Per ipsum Regem.

*De ducissâ Clarenciæ, et rebus Hibernicis.*A. D. 1363.  
An. 37 Edw. III.Claus. 37 Ed. III.  
m. 20.  
in Turr. Lond.**R**EX, thesaurario et baronibus suis, de scaccario suo Dubliniæ, salutem.

Quia Johannes Comyn, in obsequium nostrum, ad partes Hiberniæ, in comitivâ carissimæ filiæ nostræ, Elizabethæ ducissæ Clarenciæ, profectus fuit, et ibidem cum carissimo filio nostro, Leonello duce Clarenciæ custode terræ nostræ Hiberniæ, extunc, super salvatione et defensione ejusdem terræ, contra Hibernicos hostes nostros, juxta ordinationem indè factam, continuè morabatur, sicut præfatus dux nos per literas suas certificavit;

Vobis mandamus quod demandæ, quam præfato Johanni pro por-

tione suâ, ipsum de subsidio, quod domini, mulieres, et alii laici ac viri ecclesiastici, dominia, terras et tenementa in Hibernia habentes, et in Anglia conversantes, coram nobis et concilio nostro in Anglia nuper vocati, nobis, in auxilium expensarum guerræ predictæ, concesserunt, ratione terrarum et tenementorum ejusdem Johannis in Hibernia, pro tempore quo in dictâ terrâ Hiberniæ, super expeditione guerræ nostræ predictæ, moram fecit, et exnunc faciet, contingente, fieri facitis, supersederi, et ipsum indè, ad dictum scaccarium, exonerari et quietum esse faciatis, et districtiorem, si quam in terris et tenementis ejusdem Johannis, eâ occasione, fieri feceritis, sine dilatione relaxari faciatis.

Teste Rege, apud Westm', iv. die Junii.

*Proclamatio de monetâ in villâ Calesii.*A. D. 1363.  
An. 37 Edw. III.Rot. Franc.  
37 Ed. III. m. 11.  
in Turr. Lond.**R**EX, dilectis sibi majori et aldermanis villæ Calesii, salutem.

Cum per nos et concilium nostrum ordinatum existat, quod nulla moneta, præter monetam nostram auri et argenti, in dictâ villâ nostrâ Calesii factam vel faciendam, in eadem villâ cursum habeat; ac jam intellexerimus quod quidam, per subtilia escambia monetarum, tam de regno nostro Angliæ quam de aliis partibus, cum monetis in dictâ villâ Calesii factis, ordinationem nostram prædictam, ad nostri et totius regni nostri dampnum, infringere, et nos de commodo nostro defraudare, machinantur:

Volentes hujusmodi fraudi obviare, prout decet, vobis præcipimus, firmiter injungentes, quod statim, visis præsentibus, in villâ prædictâ pub-

licè proclamari, et ex parte nostrâ firmiter inhiberi, faciatis, ne quis mercator vel alius, cujuscumque statûs seu conditionis, fuerit, fraudem aliquam per escambia monetarum, vel alio modo, quæ in enervationem ordinationis prædictæ cedere poterit, facere præsumat: scire facientes omnibus et singulis, quod nos certos fideles nostros assignabimus, ad scrutinium de omnibus hominibus monetam ad dictam villam delaturis, faciendum, et ad omnes monetas, quæ ad dictam villam, præter dictam monetam nostram, in villâ illâ et portu ejusdem, post octo dies à tempore proclamationis prædictæ, inveniri contigerit; videlicet, quamlibet peciam indè in duas partes scindendam et illis quorum fuerint liberandam.

Et hoc nullo modo omittatis.

T. R. apud Westm', vi. die Junii.

Per ipsum Regem et concilium.

*Pro giterario Regine; quod viginti et quinque boves, vel vaccas, ad partes Flandriæ, absque costumâ Regi solvendâ, ducere possit.*A. D. 1363.  
An. 37 Edw. III.Pat. 37 Edw. III.  
p. 1. m. 10.  
in Turr. Lond.**R**EX, universis et singulis vicecomitibus &c. salutem. Sciatis quod, de gratiâ nostrâ speciali, concessimus, dilecto nobis, Andreæ Destrer de Bruges, giterario Philippæ Regine Angliæ, consortis nostræ carissimæ, quod ipse viginti et quinque boves, sive vaccas, extra regnum nostrum, à quocumque portu voluerit, usque partes Flandriæ, absque costumâ nobis indè solvendâ, ducere possit, ad commodum suum indè faciendum;

Et ideò vobis mandamus quod ipsum Andream dictos viginti et quinque boves, sive vaccas, ad dictas partes Flandriæ, absque costumâ nobis solvendâ, ducere permittatis; aliquo mandato nostro seu proclamatione, in contrarium factis, non obstantibus.

In cujus, &amp;c.

Teste Rege, apud Westm', vii. die Junii.

Per breve de privato sigillo.